

Mesterton Vol. I.

Q. F. F. S.
DISSERTATIO PHILOSOPHICA

De
**PRINCIPII RATIONIS SUFFICIENTIS ADPLICA-
TIONE**

Ad
**REGNUM MATERIALE & IM-
MATERIALE**

Quam,
Ex mandato Amplissimis Senatus Academici,

A U C T O R
CAROLUS MESTERTON,
RESPONDENTE
NICOLAO AGANDER

WIBURGENSI,
Publicè Bonorum Censuræ submitit
Die XVIII. Maij MDCCXLV.
Loco Horisque consuetus.

ABOÆ, Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Ac. Typ.

Præclarissimo Domino Magistro Auctori.

Mortalium plerique immersi jacent vanitatibus, quibus delectari cupiunt, raro per omne vi-
ta sua tempus ita sanæ compotes mentis, ut, quem
in finem illis in mundo vivere permittatur, rite
perpendant. Cœco opinionem & pravarum inclina-
tionum tumultu impediti ad illud, quo eo perduci pos-
sent non attendunt. Felicitatem itaque, quam-
vis iusta rerum non instituatur consideratio, se
consequi posse sibi persuadent, sed falso. Testatur
id vel inquietus ille animus, qui non potest
non adesse sub vita vana & profana, etiam si
auro esset obducta. Sed dantur tamen hic &
illic aliqui, quibus curæ cordique est, ad scopum quem
Creator illis observandum proponuit, animum actio-
nesq; dirigere. Hi ejus considerant opera, quantaque
Auctor, fulgat sapientia bonitate & potentia cernunt
discentes magnam esse felicitatem ejus cognoscere per-
fectiones, incitamenta inde accipere ad faciendum
quod illi sic gratum & sic rebus ab eo conditis, ut
earum fert finis, in ejus gloriam uti. Horum quo
major fuerit numerus, eo adsunt plures, qui aliis
etiam ad veram felicitatem possunt monstrare vi-
am. Eorum autem industriam laudibus & præ-
miis non satis ornari posse facile vident veri re-
rum estimatores. Ex præsenti Tuo, Præclarissime

Do

Domine Magister, eruditio opere illud satis superque
patet, Te esse ex numero eorum, qui ut veri pos-
sejsores verae hujus sunt eruditionis, ita desiderio i-
sto flagrant laude dignissimo, aliorum, quantum
in se est mentibus insinuandi, quomodo opera con-
siderare debeant divina, ne frustra & misere in
terra versentur. Est Tibi, Praeclarissime vir, ea in re
tanto major progreendi facilitas, quanto ampliori
Scientiarum instruclus es copia. Magnam enim Eu-
ropæ partem peragendo ab Eruditissimis ibidem eru-
ditissima quoq; reportasti quæ propria Minerva, adju-
tore DEO, adaugere non intermisisti, alii q; a iversis
in locis docendo instillanda curasti. Qui ergo ve-
ram eruditionem, & præmia ei respondentia con-
jungi debere intelligunt, simul perspiciunt, cum Te
norunt, quod, quemadmodum principium rationis
sufficientis in Physicis applicandum esse doces, ita
quoque in virtutibus Iuis & intellectus & voluntatis,
ratio adsit sufficiens, quare tali condecoran-
dus munere, in quo earum radios in Dei gloriam
& multorum usum optime spargere queas. Vero ut
longe non absit letus ille dies, quo illud experiaris. An-
gebitur inde etiam letitia ejus, qui de celebri & fin-
cero sibi gratulatur amico. Ero Tibi

addictissimus

GEORG. EHRENMALM.

à Monsieur CHARLES MESTERTON
Maitre ès Arts, & Auteur de cette Dissertation.

MONSIEUR!

L'abeille ne se contente pas de trouver une Rose auprès de sa Ruche, elle s'envole, & sen va bien loin pour amasser la douceur, dont elle se nourrit elle même, & se rende utile aux hommes. Monsieur vous faites tout de même; non content d'avoir vu l'industrie récompensé par le Laurier dans La Patrie, vous vous êtes allé aux pays Etrangers, La vous êtes monté au parnasse, & vous yavez paru avec distinction. Vous en retournez coinblé d'honneur & de Louangé, & après 4. ou 5. années d'absence, vous revenez avec le Miel & le Nectar succé & ramassé dans les gazon fleuris de minerve. L'Ouvrage, qu'a présent vous mettez au jour, en est une preuve essentielle. Monsieur, je vous felicite donc sur les deux points, où consiste la capacité de l'homme, scavoir L'Esprit & le Genie, & je souhaite que le public pour qui vous vous êtes donné tant de peines, vous fasse justice! Enfin, prosperez & soyez toujour heureux, Ce sont les voeux sincères de

Monsieur

Votre

tres humble serviteur
J. PIPPING.

GEORG HERMANN

I. N. J.

CAPUT PRIMUM

§. I.

Neminem latet, recentiores, quos inter Excell: Wolffius summo proximum occupat locum, inter prima omnis humanæ cognitionis principia, principium, quod dicunt rationis sufficientis retulisse, illiusque naturam, veritatem, necessitatem ac utilitatem, distingue ut explicarent, roborarent, vindicarent, omnem dedisse operam. Tantum enim abest, ut suis demum temporibus Ill: Leibnicius ad incrassandos atque commendandos varios errores illud excogitaverit, scriptisque proposuerit, ut potius Excell. Wolffio ipso faciente, in Ontologia sua Latina §. 71. illo jam usus sit Archimedes, in stabiliendis principiis staticis,
nec

ne nec non Confucius Sinensium Philosophus in demonstrandis veritatibus moralibus. Ecquis Philosophorum est, qui verum ut verum defendens, neganti non adlegare studeat causam & fundamentum, quare ita sentiat. Hoc vero ipso, ipsum, de quo loquimur, rationis sufficientis principium tacite insinuat, adprobat atque confirmat. Interim ut haec illi Leibnitio laus propria manet, quod primus huius cognitionis humanæ principii expressam & distinctam fecerit mentionem in Theodicea §. XLIV. & diligentι veterum scriptorū Philosophicorum lectione, atque circumspecta ad res obvias quasque applicatione, ejus per omnem philosophiam utilitatem atque necessitatem attenderit: Ita Excell. Wolffius pro eo, quo pollet, judicii acumine & ingenii, debita hac laude etiam non est defraudandus, quod hujus principii veritatem rationibus certis atque indubitatis probare collaboraverit.

§. II.

Ipsum, de quo nobis sermo est, principium hoc propositione complectitur: Nihil est sine ratione sufficiente: vel quicquid est, ratio-

tionem habet sufficientem. Quod ut ne in
perversum ab iis , qui ex præjudicatis opinio-
nibus multa, ex veritatis vero convictione pau-
ca , ne dicam nulla dijudicant , detorqueatur
sensum , antequam ad alia progredior, hic
monendum duco ex mente Philosophorum ,
illud defendantium , quod illorum sententia
huc redeat. Nulla res, quæ existit aut exi-
stere olim aliquando concipitur : quæ ab ente
sapiente atque prudente peragenda suscipitur ,
peragitur aut jam peracta examinatur: quæ de-
nique per attributum aut modum enti alicui
inexistentem repræsentatur , ita est comparata,
ut ex nihilo , cui nulla notio respondet , exi-
stere , fieri aut concipi possit. Quam ridicu-
lum enim est cogitare , illos statuere , nihilo
esse reale quid & id, quod omnium veri-
tatum contingentium rationem sufficientem in
se contineat; tam alienum enim est a vero ,
quod rationis sufficientis nomine indigitant i-
psam animæ facultatem , nexum rerum per-
spiciendi, ita ut rationis humanæ dictamini o-
mnia subjicerent , aut etiam sibi perlvaderent,
nihil esse , aut existere posse , vel etiam ut

verum admittendum, quod rationis perspicientiam fugeret, aut ex illa unice non sit disjudicandum. Nam & ipsi intellectus imbecillitatem agnoscunt, multaque esse, quæ ignoramus, palam profitentur. Minime autem per vim & malitiam illud principium eo est contorquendum, ac si ratio sufficiens denotet causam, existentiam, actum, vel possibilitatem alicujus rei necessitantem, unice determinantem, & in omni quoconque casu sine omni formidine oppositi indubitato certam. Saniora quisque deprehendet, cui volupe est, vel Excell. Wolffii & Bulfingeri evolvere scripta.

§. III.

Ratio, in hoc principio dicitur id, unde intelligitur cur aliquid sit, sive ut Excell. Bulfingerus in comment. de orig. mali §. LXV. D. lucid. §. LXX. notionem hanc interpretatur & explicat, est id quod responcionem præstat intelligibilem ad quæstionem quare res sic potius, quam non sit, sit hoc modo, non alio. Sufficiens autem audit, simulac ipse quis vel etiam alter nihil in re vel in iudicio, de re quædam prolatu, deprehendit, quod non ex concepta aut cum aliis communicata ratione facile posse

posit intelligi, sātem intelligi, videatur. Ut ergo
res vel actio fieri possit, sufficiens est ratio,
si ad rem vel actionem ipsam, ut fieri possit,
non plus requiritur, quam adest, quidque ad
agendum movet. Equis vero id æquum, ju-
stum ac licitum non censet. Si ratio, quare
quid adprobet vel avergetur, illi representat moti-
vum, quo ad evitandum in actione & indu-
cendum per actionem reatum, non plus requiri-
tur, quam adest, adeoque sufficit non so-
lum ad sanum de licto & illico judicium fe-
rendum, verum etiam ad illud peragendum,
hoc vero fugiendum.

§. IV.

Aurei hujus principii applicatio ad regnum
naturæ vel materiale sit, cum, toto ani-
mo, mirificum nexum, in hoc regno obvium,-
cogitamus. Omnia, quæ oculis nostris obver-
santur minima cum maximis, eo vinculo a
sapientissimo Numinе sunt connecta, ut unum
alteri interviat, adeo ut ex eorum usu, quem
sibi invicem præstant, ratio sufficiens, quæ
res sit potius quam non sit, sit hoc modo,
non alio, facile cuique pateat. Vastissimum,

cor-

corpus solem , si consideremus, non uno , sed multis modis rationem existentia lux mani-
festam reddit. Nostram planetam quam inco-
limus, reliquaque corpora opaca radiis suis ma-
gnifice illuminat , iisque calorem præbet ju-
cundissimum , ut ea, quæ in iis per hyemem
mortua quasi fuere, reviviscant , suosque de
novo fructus pro specie sua proferant. Sapien-
tia, Potentia, Deique bonitatis optimus sane te-
stis sol est. Ex peculiari solis usu , quo sine
terra nostra non possit sibi semper constans
esse , occasionem sibi sumtere sapientes Eth-
nici , solem pro DFO salutandi, colendi. Pli-
nius libr. 2: Cap. 6. Eorum , Planetarum ,
medius sol fertur amplissima magnitudine & po-
testate , nec temporum modo terrarumque ,
sed siderum etiam cœlique rector. Hunc mun-
di esse totius animum ac planius mentem, hunc
principale naturæ regimen ac numen, credere
decet opera ejus aestimantes.

§. V.

A Naximenis licet sententia non subscriba-
mus , omnes nempc rerum caussas infini-
to aëti deberi, ut de eo refert Augustinus de
ci-

Civitate DEI Lib. 8. Cap. 2. aëris tamen usum
 magni facimus. Fluidum hocce corpus, quod
 ubivis locorum reperitur, ubi nihil videtur,
 multos ob fines a DEO creatum esse, testa-
 tur Johannes Ray in Libro suo Gloria DEI no-
 minato. C.5. §. 57. his verbis in versione ger-
 manica, Die luſt dienet uns und alle Thieren uns
 dieselbe einzuhauen, zumahnen sie in ſich ha-
 get das feuerzeug und werck, dadurch die lebens
 flamme erhalten wird, welche oþn die luſt gar
 geschwind wurde erschwaechen, und gar ausgehen.
 seqq. In nota ad hæc verba ita diſlerit Calpa-
 rus Calvör, Die luſt ist ein rechtes wunderwerck
 der natur. Sie ist deswegen von dem Schöpffer ge-
 macht, auf das ſie ſey alma nutritrix creatura-
 rum totius globi terrauei. Sie ist demnach eine
 algemeine matrix und mutterleib, welcher ſich
 mit allen natur-Saamen und kraſtern impragni-
 ren und ſchwängern läſſet, indem ſi ist ein com-
 mune receptaculum, darinnen aller ſternen licht,
 und kraft, des ganzen Erdbodens und aller dieser
 geschöpfe ausdämpffungen auffangen und einge-
 ſchloßen werden, iſt darzu sehr lubtil und durch-
 dringend, damit ſi also durch die aller kleinsten

poros,

poros so ihr zu dienste der schöpffer in allen sublunaren
 rischen cörpern, zuförderst in den vegetabilischen
 und animalischen Reich in großen überfluß geöff-
 net, in die innerste grund punete der cörper und ge-
 schöpfe hinein dringen, und in dieselbe allen ih-
 ren vorrath und kraft wie die saugamme die milch
 in des kindes mund und hertz eindrucken und
 eingießen möge. Und damit solches um desto nach-
 druschlicher und heilsamer geschehen möge, ist sie
 ein weher, Paust oder lust Rohr und Blasebalg,
 welcher ohn aufhören durch sein states bewegen
 und blasen durch die von GOIT aero behuff ge-
 machte werckzeuge das calidum immotum und le-
 bens flamme aufblaset, damit das eingeschaffne
 lebens oel, Balsam und Fruchtigkeit das geblüt
 und dergleichen in staten unlauff erhalten, mit die-
 sen lebens jaft die zu corruption geneigter glieder,
 und Theil der Cörper continuirlich humectiret,
 und solcher gestalt von der Faulniß verwaret wer-
 den. Sie ist aemnach ein universalis rectis natu-
 ra, damit sie ihre vornemsten sachen und wercke
 hebet, treibet und beweget. Die lust ist auch zu
 solchen officiis ganz willich, v wird gern ein com-
 munis naturæ famulus ac minister, gestalt dann
auch

auch die Weisheit, Güte und Allmacht des primi
Motoris, damit sie um desto stattlicher, kraf-
tiger und bequamer mœchte solches wverck in den-
nen Geschæppen der Erde und Wasser ku-
gel verrichten, so hat er den globum terraqueum
mit der atmosphera als mit einem grossen uweit
expandirten, zarten seidenen Tuch oder Flohr um-
hüllt, eingewickelt, und um und um bewunden,
darinn dann die Erd und Wasser kugel mit vä-
terlicher unterstützung der allmächtigen kraft hand
des Schœpfers schuuebet wwie dem dotter in dem
Ey, oder wwie das kind in mutterleibe umfassen
und getragen w wird, um desto füglicher das mut-
terliche geblute, und leben kraft einzusaugen und
in sich zu ziehen.

Montes si vel antevelpost Diluvium deum exi-
stere cōperunt, eorum usus tamen singu-
lares rationem eorum existentia indicant. Ad
aqvationem terræ quid conferant, satis super-
que Dissertatio de hoc argumento sub Præsidio
max. Rev. Doct. BROWALLII, Fautoris mei & Pa-
tronii

tronii ad cineres usque colendi, devenerandi, nuperrime publici juris facta quemque docet. Experientia testatur, in cacuminibus montium ventos majori cum vi quam ad radicem agere. Montes itaque vehementissimis ventis resistunt eosque dissipare valent, unde non leve sane hominibus commodum resultat. Calorem in locis inferioribus augent, cum reflectione radiorum solarium. Multos alios usus tacendo praeterire lubet.

§. VII

Ventorum existentia rationem, si denique cogitemus, usus eorum non exigui promanant. Per ventos, vapores in aere versantes ferruntur de uno in alterum locum, partim separati partim in nebulas congregati, unde fit ut etiam ista terrae loca pluviis madefiant, quae alias iis carerent. Hac de re dicit ulterius Excell. Wolffius in Teleologia sua § 105 Wenn wir demnach keinem wind hatten, so wurdern wir auch keinen rechten regen haben der genug wäre das truckene und dürre Erdreich durch zu weie

vreichen vrie es der vrachthum der Pflantzen erfordert. §. 106. Alter vortheil den vir von der veranderlichen witterungen auf dem Erdhoden haben, müssen vir dem winde als ihre haubtursache zuschreiben Qvem ulium ne praestant ventus navigantibus, qui si cessaret, de commercio etiam actum esset. Pluribus exemplis principii nostri praestantiam atqve dignitatem in materiali regno urgere nolumus. Plura qui desiderat ad Excell. Woist. Teleologiam, Ray Gloriam Dei & Nieuventyt Recht gebrauch der Werld Beschawing ablegamus.

CAPUT SECUNDUM.

§. I.

Principii rationis sufficientis adlicationem ad regnum immateriale quod attinet, eam, hoc in capite, ad actiones modo animæ humanae liberas, facimus. Ea animæ est natura atqve indoles, ut ex bono representato in illa appetitus, hocce bonum obtinendi, emerget, malum vero, quatenus statum ejus minime perficiat, sed destruat, avergetur. Hoc ita, descri-

scribit Excell. Bülfingerus dilucid. philos. §.
 'CCXCII. si bonum aliquod nobis repræsentatur,
 'ut nobis congruunt & absens, sed quod obti-
 'neri posse, vel debeat: oritur in animo co-
 'natus illud obtainendi. Si malum ut præsens
 'vel futurum, oritur conatus illud avertendi aut
 'præcavandi. Prior appetitus dicitur, posterior
 'aversatio. Uterque aut ex repræsentatione boni
 'malive distincta oritur aut confusa; Ex cogni-
 'tione intellectuali aut sensuali: illo casu appre-
 'titus rationalis audit, hoc sensitivus. In Aca-
 'demia Regia Carolina Londini Scanorum quam
 vehementissime mota olim fuit quæstio, an non
 anima habeat facultatem se determinandi ad
 malum qua malum. Hujus sententiae, defenso-
 res hoc modo argumentabantur, omnes ideae
 passivæ sunt, idea mali æque est passiva ac i-
 dea boni, quod passivum est non habet facul-
 tatem quod activum est determinandi, ergo ani-
 ma, quatenus facultate activa gaudeat, pot-
 est determinare se ad malum vel velle malum,
 qua malum. Omnes vero nostri temporis phi-
 losophi experientia nixi affirmant: quicquid ap-
 petimus, appetimus sub ratione boni. Quic-

13

qvid averiamur, averiamur sub ratione mali.
Motiva adeoque animæ semper inesse volitio-
num & nolitionum, qvod, pro more suo so-
lico, perquam egregie ac erudite enucleavit
Præclarissimus Dom. Mag. Heinricius hujus aca-
demiae Regiæ Docens dignissimus, in disserta-
tione sua de libertate animæ principio rat. suff.
consentanea, sub præsidio Ampliss. atque Ce-
leber. Profess. Hassel Fautoris & Patroni mei o-
mni veneratione prosequendi, ventilata.

¶. II.

IN casu perfectæ æqvivalentiæ, ubi motivi
sunt æqvalia, voluntas perfectissima neutrum
eligit, suppone præferri B, negligi A, et si æ-
qvalium meritorum sint utraqve, foret enim
in objectis æqvalitas, in actione inæqvalitas:
itaqve dissensus actionum & objectorum, qvod
vero numqvm a voluntate perfectissima actio-
nis cum objectis consensum conservante fieri
testatur prolixius Excell. Bülfingerus Lib. citato
§. CCXCIIX. Si quis me conjicere jubeat,
Crouslaz opponit, utrum numerosus aureorum
qvos

quos manu clausa teneo, par an impar sit,
& ego temere parem esse numerum determinem;
certe existit hoc meum decretum sine
omni ratione. Huic objectioni eleganter re-
spondit celeb. Canzius in Ontologia sua pole-
mica p. 44. Texet me inquit dissentientium
causæ, si graviora exempla, in quibus sine
omni ratione eligamus, allegare, ut sane vi-
detur, nequeant. Sed & hoc decretum men-
tis, quo parem esse numerum affirmamus, nec
imparem, præpollentem rationem habet, quam-
vis non ab omnibus animadversam. Primo con-
jicere juberis, parne sit numerus an impar?
deinde explores te ipsum, annon ex vultu,
manu, reliquisque judiciis, quis determinat
numerus teneatur, par, an impar conjectari
queat. Tertio, cum quousque satis videtur,
te examinasti, & nulla præpollens ratio pro
alterutro, sive pari, sive impari, animo oc-
currit: tum cogitas: perinde est quem sumam
cunque. Cum igitur quarto ultima cogitatio de
pari animum occupaverit, idcirco parem esse
numerum pronuntias. Impossibile est, ut pa-

rem esse illum numerum pronunties, nisi ante proxime de pari cogitaveris.

§. III.

ANIMAM nihil velle sine ratione vel motivo firmo tatis ntitur talo. Cum in sece ipsam anima non physice sit determinata, alias non libera & indifterens eset, rationem adesse debet hujus determinationis ad hoc objectum, ad quod ante non erat determinata. Gradus rationum impure objectivarum, quas Cel. Canzius in Ontologia sua syllogistico dogmatica indicavit hic transcribere labet, Infimus rationum impure objectivarum gradus, agere ob bonum spurium ex fine tum operis, tum operantis sibi agenti afferendum, idemque paulo execrabilius. Huc pertinet homicidium dolosum, quod quis, fine operis i. e. lethali vulneratione & fine operantis i. e. cum occidendi consilio, vindictæ caussa quæ bonum spurium est, luscipit. Secundus gradus agere ob bonum spurium tolerabilius seu malum. Huc pertinet homicidium indirecte dolosum: quod quis fine ope-

operantis non intendit; sed bonum modo voluit spurium tolerabilius, vindictæ ergo, nempe vulnerationem simplicem non letiferam, quam tamen fine operis, letifer ictus, quia verbera non danur ad mensuram, secutus est. Tertius gradus est, agere ob aliquod bonum spurium, quod forte fortuna & per accidens sequatur aliud malum, ex fine operis multum nocens. Huc pertinet homicidium cuspidum. Si quis teras in sylva, invitis legibus venetur & hominem sub veprete dormientem pro fera occidat. Quartus gradus est non agere ob bonum spurium, nec tolerabile; Sic tamen agere ut fine operis accidentaliter, aliis nocatur. Huc pertinet homicidium casuale. Si quis insidiis a tergo obrepentem, securi feriat. Quintus gradus est agere ab bonum verum sed sibi modo afferendum, quod sequatur ex fine operis accidentaliter, pro aliis certa utilitas. Voluti si quis officio suo orbatus piscetur, & annulum alterius aureum in aqua amissum forte reperiat, ac restituat. Sextus gradus est si quis ob bonum verum, sed sibi maxime afferendum, agat, quod tamen excipiat, fine operis per

le, magna pro aliis utilitas. Ut si principes pecuniam multam pro familiæ splendore erogant, ut opifices, mercatores, quod redimant, pro alimento nanciscantur. Septimus gradus est si quis agit ob bonum sine quidem principali sibi afferendum, sine autem minus principali aliis quoque profuturum. Veluti si quis in magistratu iustitiam administret, sed existimationis potissimum suæ caussa. Octavus gradus eorum est, qui sine principali agunt ob bonum aliis profuturum, ut sine tamen accessorio, minus principali ipsimet commodo quoque afficiantur. Sic & Christiani, licet in agendo, gloriam Servatoris principali consilio, propositam habent, suæ tamen quoque saluti, eodem negotio, consulere volunt. Nono gradui illi insistunt, qui ob bona vera, aliis afferenda, nec sive sine principali, sive minus principali, sibi profutura, agunt, hoc tamen fate id faciunt, ut sine operis, licet non operantis, maximum sibi concilient commodum. Huic gradui cœlites insistunt, missi ob servitia fidelibus præstanta, nec, nisi horum salutem, intendententes; eo ipso tamen, ut eorum æterna

felicitas semper fiat illustrior, effecturi. Quo-
usque igitur perfectio sive vera, sive spuria,
sive fine operis, sive fine operantis, agenti
conciliatur: rationes objectivæ impuræ sunt.
§. IV.

His in levissimis pagellis ea nunc habes L. B.
quæ, hac vice, meo nomine typis vulgari,
constitui. Indulge L. B. brevitati opellæ, cum
plura facile invenias apud illos Auctores, qui
bus hæc lineolas debeo. Qvod reliquum est,
benigam a Te censuram L. B. submissæ mihi
expetens, in gratiam Tuam perennem, me com-
mendatum ut habeas, volo.

